16.

Postea per Fridericum imperatorem fuit sedata; qui lantgravii fuerunt filii sororis imperatoris, id est consobrini. a) . T. c.

[Anno Domini M°CLXXX°. Heinricus dux Brunswigensis, dolens de renunciatione facta imperatori de aliquibus terris, ut dictum est supra, pactum violavit et inimicus imperatoris effectus, multa dampna imperatori fecit. Quapropter imperator misit contra eum lantgravios, qui capti fuerunt, ut supra scriptum est de Friderico imperatore.] Iste Lodewicus in honorem sancti Georii militis et martyris, b) quem multum coluit, edificavit ecclesiam in Ysenach, sub anno Domini MCLXXXII. b) mris

Hic cum Frederico imperatore obiit in Terra sancta: Et quia de uxore sua Margaretha, filia ducis Austrie, non habuit filios, ideo frater ejus Hermannus comes palatinus ei successit in principatu sub anno Domini M°CXCIII. Ossa istius Lodewici sepulta sunt in Reynhardisborn, caro vero bullata ~~(bulita)~~ mansit in insula Cypri. ‖ Anno Domini M°CXC. imperator Fredericus submersus est. ~~Chr. ...~~ Cr. I. P. E.

Anno Domini M°CXCI. circa Erffordiam, in villa Bechstete, inventum est corpus Dominicum cum calice in cratera in crastino Annunciationis Marie, Et ‖ Errfordie ~~diam~~ est delatum et solempniter in ecclesia beate Marie collocatum. H. l. ampl. ‖ f. 117.

[Anno Domini M°CXCII. translatio sancti Bernhardi, Hildesheymensis Cr. S. P. 1194. (E)

episcopi,